



Tab. III. 2946

57

EXUL APOLLO
IN EXILIO CORONATUS,

h. e.

PIA VOTA

in

LAUREAM MAGISTERIALEM,

Quam

RECTORE MAGNIFICO

VIRO Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimo atq; Experientissimo,

DNO. JOHANNES STRAUCHIO,

Phil. & Med. D. Anatomiae ac Botanices Prof. Publ.

famigeratissimo,

à

DECANO & BRABEVTA SPECTABILI

VIRO Nobilissimo, Amplissimo atq; Excellentissimo

DNO. GEORGIO CASPARE

KIRCHMAJERO,

Eloquentiae Profess. Publ. Celeberrimo,

in Illustri Leucorea adeptus est,

Vir Praclarissimus

DN. PAULUS MICHAELIS,

Liptoviensis Hungarus,

Illustris olim Collegii Statuum Evangelicorum Regni Hungariae, primus

Poeseos, post Eloquent. ac Hist. P. P. percelebris, nunc Christi Exul,

à

Patronis, Promotoribus, Amicis & Popularibus in solenni

promotione fusa

Tertio KAL. MAJ. A. C. M. DC. LXXIIX.

WITTEBERGÆ,

Literis JOHANNIS WILCKII.



EXUL APOLLIS
IN EXILIO GORONTUS
PRA. VOTA

LAVREANAM MAGISTERIALEM

RECTORI MAGNifico

DNO. JOHANNI STRAUSSO

Phil. & Med. D. Anatomiae ac Botanicae Prof. Publ.

DECANO & BR. BEATA SECTABIL

DNO. GEORGIO CASPARE

KIRCHMAYERO

Biog. & Nat. Hist. Prof. Publ.

DR. PAULUS MICHAELIS

Illustr. Collegii Sacerdotum Evangelicorum Regni Hungariae primus
Rector & Biog. & Nat. Hist. Prof. Publ.

Patronus, & Protector, & Tutor

Lenio KAL. MAJ. A. C. M. DCC. LXXV.

WITTEKAMP
L. J. JOHANNIS V. D. C. M.





T nos collustrant radii quos spargit amœnos
Ingenii Virtus, Vir celebrate, tui.
Ergo Tibi meritò supremos Phœbo honores
Decernit Sophiæ, jura Magisterii.
Laurea sit felix, Divino cedat honori,
Proximus hinc fructum, Tu quoq; carpe decus!

Johannes Strauch D.

h. t. Acad. Rector.

SÆviat Orcus atrox, Satanas ringatur & Orbis;
Haut dissolvetur Cunctipotentis opus.
Obruitur saxis Stephanus, proh! martyr iniquis,
Tinxit profusi sanguinis imbre Solum.
Attamen hoc humore viret conspersa cruento
Et dulces fructûs Vineæ sacra refert.
Ob cædem Stephani dispersus cœtus in oras,
Divulgat latè Verba sacrata DEi.
Ponnoniæ pariter longè lateq; fideles
Dispersi, narrant facta stupenda DEi.
Verè facta stupenda DEi, qui novit acerbos
Exilii casûs sorte levare bonâ.
His dat Fautores, aliis impertit honores,
Et quæ vix sperant fert pia dextra Patris.
Quid multis opus est Verbis ubi facta loqvuntur,
Et Tua confirmat, Vir celebrate, fides.
Jam Torgensis enim Jubilæus prodidit artem
Principibus Celsis complacuisse Tuam.
Et nuper celebris productum, non sine laude,
Herculis Ebrai Lipsia vidit opus.
Hinc geminæ certant inter se jure Sorores,
Leucoris alma decus, fert Philurea rofas.

Abraham Calovius, D.

Est

Est *Onus* exilii durum luctuq; refertum,
Non raro tamen hoc excipit amplus *honor*
Pannoniæ Cives exemplum rite ministrant
Tuq; Tuò facto, *svavis* Apollo, doces.
Albis enim *Sophiæ* summos Tibi pandit honores,
Jamq; caput cingunt laurea ferta tuum.

Johannes Andr. Quenstedt, D.

—•••••
HUNGARIÆ *Regnum* Tibi, VIR CLARISSIME, quondam
Favebat omni Spiritu.

Gymnasti summi curam Tibi credidit inde
Successibus felicibus

Te ducente *Viros* *Juvenes* per castra *diserta*,
Florebat *Eloquentia*.

Teq; docente suum caput extulit inter *Amicos*
Poëseos *Professio*.

Historica studium *Celeberrima* fata videbat
Colente Te *Cæus* *Spei*.

Sed *Casus* tristis *Spartas* Tibi sustulit omnes
Sic inde *tristis* *Exules*.

Nec tamen *Exilium* mentis Tibi tollere dotes
Sacra potest *tyrannide*.

PRINCIPIBUS *summis* potuisti rite placere
Tuis *laboribus* bonis.

Summus *Apollo* Tibi *Sophia* decernit *Honores*,
Ob *hac*, & *alia* præstita.

IpsE DEUS *Cæli* *benedicat* *Honoribus* istis,
Addatq; *plura* *premia*.

Ducat ad *eximios* *contamina* *cuncta* *laborum*
Ufus, *beet* *hos* *fructibus*.

Et *faciles* *quoque* *PATRONOS* Tibi donet ubiq;
Horum *favore* *floreas*!

JOHANNES Deutschmann/D.

Felix

Felix, ter felix, quem tollit ad æthera Virtus
Ardua: quippe bonis aliis haut indiget ullis:
Mens contenta bono Virtutis tuta quiescit.
Sume igitur meritos jam pridem, Fautor, honores,
Mentemq; tranquillâ post *aspera prospera spera.*

JOACHIMUS Merger/Siles. D.
& Professor Pandect. Publicus


Sic igitur, MICHAEL, Rector quod faxit Olympi,
Exoptata diu Laurea ferta capis:

Præteritum & tantâ cum viceris arte laborem;
Nunc major longè spes superesse potest.
Quæ precor, ut nunquam fallat majora volentem,
Plurima, ne leve sit te didicisse diu.
Qvi gelidos totò sudores corpore traxti,
In studiis totus nocte dieqve tuis.
Qvi duros semperqve graves tentare labores,
Haud doluisti olim; nomen honoris adi!
Tute potes linguâ multos æquare disertos;
Tute potes numeris claudere verba bonis.
Qvin etiam calles Scenam versare decenter,
Nec non Virtutis dexteritate nites.
Hinc tua te merita, & studium, doctrina, fidesqve,
Hoc te perpetuum nomen habere jubent.
Gratulor ex animo; Deus hos Tibi sacret honores,
Conatusqve pios adjuvet ipse tuos!

Clarissimo Dno. Mo.

DECANVS & BRABEVTA


Pitho, quam nuper celebraverat Hungara tellus,
Florenti fixit nulla Tropæa Tibi.

Mox isthinc Veteres converso cardine migrant
Musæ, & Saxonico plaudit Apollo solo.

*Honoris officiq; causâ dare voluit meritò ac
debut*

Conradus Samuel Schurzfleisch.

Amice ascende superiùs.

Alta diu meruit virtus Tua; at ima petebas,
Gloria quò major surgat, Amice Tibi,
Digna Tuis meritis merces, sublimia monstrat,
Ascende, & tandem gloria major erit.

*Ita Clarissimo Dn. Candidato de honore
Magisteriali jam dudum merito gra-
tularur.*

M. JOHANNES FABRICIUS,
Eccles. Witteb. Archid.



Non est dignus miles, qui non æstuavit in sole.

Oppositis juxta positis, (Sophus insit acutus,) *Fit sibi præclara Lucis utrumq; vice.*

*Si fugitans æstus lauri fugit aurea dona,
Sudanti cedit laurea jure Viro.*

*Phœbus eras quondam, Michaëlis, Duxquè Suædæ,
Fonte beans Musas, Palladis atq; bonis.*

*Scande proin' letus, quas Te Tua tollit ad arces
Virtus, ut repetas clarior Hungariam.*

*Ita Clarissimo Dno. Magistro de novis
honoribus gratulabatur*

JOHANN. GOBIUS Hung.



L Aurea ferta capis Sophiæ, dignissime PAULE,
Lauro cui viridi tempora Apollo beet.

Aurea secla cupis? Virtus pretiosior auro

Hæc meruit, Dominus mittet & illa Polo.

ολοκαρδίως gratul.

MARTINUS Leutmann.



Percipis, Vir Clarissime, Tristissimi Exilii letissimos Fructus, ut
tibi hostilis furor non tam obesse quàm prodesse videatur. Beni-
gnus enim Germania Favor te sinu suo exceptum, huc usq; non
tantum

*tantam liberaliter aluit, sed & honoribus Coronat, ut & singularis in
 exilio constantia & preclara eruditionis testes habeas. Et certe eò Cla-
 rius hoc decus fulget, quò inter densiores Catamitarum turbines Vir-
 tus premebatur, multosq; in admirationem & venerationem meritò ra-
 pit. Igitur ego quoq; nominis tui Cultor, pia pro Te, tuaq; felicitate
 recenter enata, concipio Vota, Deus, cuius nutu hanc Laurum conse-
 cutus es, vertat in remedium omnium angustiarum exilii, at brevi la-
 tiorem faciat videre Catastrophem!*

Clarissim Dni. Candidati honoribus
 devotissimus,

M. PAULUS PLATANI.



Παρωδη Odes Horat. IX. Lib. I. Carm.

Quò magis Lutherano-Pannonici affliguntur, eò magis
 studiis incumbant.

Vides ut agrè nunc pia con-
 cidat

Gens Hungarorum: vix ni-
 mios gerit

Mundi impetùs, Papaliumq;
 Sustinet orba cohors furo-
 rem?

Solvas furorem, tempora dans
 piis

Largè Camœnis: ac patientia
 Amarulentam potionem

Limpida dulcet amoris unda.
 Permite Christo cætera: Numi-
 nis

Ecclesiam trux vertere præva-
 let

Depræliantem, nec Tyrannus
 Nec popularier Orcus ipse.

Quis sis futuro cras, fuge quærere:
 Quodcunq; munus fors dabit, id
 lucro

Appone: nec labores
 Sperne puer, gelidos nec artùs.

Donec virenti canities abest
 Morosa, nunc & Gymnasia, & Do-
 cens,

Actiq; sub noctem labores
 Compositâ repetantur horâ.

Sic post, latentis proditor intimo
 Prodibit artis munus ab angulo,
 Honorq; nolentem sequetur,
 Annulus ac digito inferetur.

Hæc apponere voluit

ANDREAS WARANAY, Novifolio-
 Hung. Phil. & S. Th. st.

Arbena



*Athene Fragopolitane
in Apolline suo rediviva.*

Epperium spectes Vatem Cathedramq; Suadae
Bellerophontæis, qui rigat ora vadis.
Mantua ut Andæum celebrat, Verona Catullum:
Pannonicæ Paulus gloria gentis erat.
Ecce Brabeuta Sophum cingit Tua tempora Lauro,
Sit tibi sitq; tuis, Fautor, honora, precor!
POMARI Servus **ZABANI** Ladiyeriq;
Vitam, nos patriæ redde, Jehova, piæ!

*Accipe quod Tuum est, Candidate majora
pridem emerite, ab Achate Tuo*

CHRISTOPH. MAZAR. HUNG.



OCeano videor modicas affundere guttas,
Quando Tibi carmen, dulcis Amice, fero.
Hinc fragrans potius vero dabo pectus amore:
Nam velut imber aquis plenus es ipse metris.
Gratulor ex animo toties quod motus utrinq;
Non labor in Domino noster inanis erat.
En pridem meritos confert Tibi Phœbus honores,
Daphnide quam pulchrè tempora cincta micant.
Floreat ergo virens Sophiæ quâ dignus haberis
Laurea, Pannoniæ commoda mille ferat!
Excitet interea Tibi corda faventia Numen,
Præclari studii ne ruat hasta manu.

Accipe mentem candidam, Tui,

GEORGII MICHAELIS HUNGARI.



Fama pridem nuntiavit, Laureâ dignum Poëtam
Te esse; verum pernegavi, **QUANTITAS** Tibi nam dêrat,
Mitra cum nunc hanc Magistri suppleat, de corde grator.

M. Georgius Gassitzius, Hung.
Ser. Elect. Sax. A.

Fortè

Fortè super Pindo Sophiam Cyrrhæus Apollo
Vidit, cū tales, protulit ore sonos:
Diva soror, nostri cingas Tu tempora PAULI
Nunc, ego post *Vati* munera nostra dabo.

Quod ominatur

M. Esaias Pilarick, H.

Elect. Al.



Quæris Lojolidum rabies cur expulit Urbe
EPPERIA, Illustris Te alter Apollo scholæ?
Entheam nam Virtus Titulis Tu nempe carebat,
Iussit Doctorem Papa redire domum

Id quod ελοψυχως optat

Thomas Dentulini.



Quæ Tibi causa fuit, quondam, Præclare Professor
Fragopolis, Sophiæ Laurea velle bona?
Nunc scio: jam, fueras pridem quia jure Professor,
Post DOCTOR Sophiæ quò vociteris aves.

Animum gratulab. contestaturus luse,

GEORGIVS KRAUDY

Novis: Hung



Quæ nova sedulitas pridem TIBI dona spo-
pondit,

Phœbus jam promptâ suppeditatq; manus;
Inflectens, quæso, blandâ dulcedine sensus
Accipias. Tecum gaudia mille capit.

DAVID HAUER/

Hungarus.

Paulus Michaëlis Magister.

Audzeauua (sine aspiratione)

Laus pulsi ter magis emica.

N Atali resona pulsa chelys solô,
Et jam Teutonicum lata sub aethera,
Plaudens assonet Echo,
Fama buccina consonet.

Laus pulsi, veluti fax rutilans polo,
PAULI, quam meruit, ter magis emica:

*QVò post nVbl La DVra,
Vt PhœbVs, Patrle MICet.*

Sic diu meritis applaudebat
honoribus, fortis asperæ
levamen optatum precatô,

Martinus Dubovski Solnâ
Hung. Th. & Ph. Stud.



Musica Poëtica.

Textus:

Musica, noster amor mentem solare gementem,
Digna refer meritis Musica, nostra amor:
Musica, nostra amor, MICHAELIS dum petit alta,
Vivat io felix, præcine, Noster amor!

Stridenti hâc stipulâ accinere voluit, debuit!

MELCHIOR PINTZ, P. H.



Difficilis virtus inventu est absq; Magistro,
Quem tamen ingenium, non dabit omnis ager;
Ast Te felicem virtutis, Clare MAGISTER,
Novimus esse Ducem, Pieridumq; decus.

Ergò

Ergo piis votis certamus fausta precantes,
Albiados pindus dum Tibi ferta parat.

gratulab. f.

JEREMIAS Hahnwaldt / Hung.
SS. Theol. & Philosoph. Studios.



Gratulor insigni decori, quod jure Decanus,
Quod tribuunt Musæ, carius ære bonum:
Invigilans porro Sophia fac strenuus ut sis
Pugnator, decori majus & adde decus.

Gratulationis & amicitiaæ ergo f.

JOH. LANG.
SS. Theolo. Stud. Rustic. Hung.



Quos olim Vates prælustris Roma videbat,
Judice me, nunc hos Lipsia, culta fovet.
Adspice iam PAULI Michaëlis vulta Pœtæ,
Vates, Horati candida vulta leges.

GEORGIUS CARPONAIDES Illaviensis Hung.



Leucois alma Tibi, MICHAELIS clare,
calyptrâ,

Ceu lauro viridanti, tempora faustiter ambit.

Carpe proin' felix sudoris laurea ferta,

Atq; Soli patrii spes vivito, præmia sperans.

Leonbardus Jacoberus Vall: Hung.

S. S. Theol. & Philof. Studiosus.

Haben.

Habenti dabitur,

Jure Tibi tribuo, Celebris Vir, nomen avari,
Si virtus meruit nomen avaritia.

Carmina cur pascis, quorum Tibi copia tanta,
Ut numero Cræsi divitias superent?

Non tamen invideo summam: (dare Christus habenti
Plus spondet), quò sis ditior, addo magis.

Festivè alludens claros gratulatur

honores

ANONYMUS.



M. P. M.

Anagr.

Hilum gestis?

Lauream capis!

Umg. VI 6

ULB Halle

3


005 905 370



VD 77







B.I.G.

Farbkarte #13



2946

57

POLLO
CORONATUS,
e.
VOTA

GISTERIALEM,

quam
MAGNIFICO
Excellentissimo atq; Experientissimo,
E S' TRAUCHIO,

ac Botanices Prof. Publ.
atissimo,

EVTA SPECTABILI
isimo atq; Excellentissimo

GIO CASPARE

A JERO,
Publ. Celeberrimo,

rea adeptus est,
larisimus

MICHAELIS,

Hungarus,
angelicorum Regni Hungariae, primo
P. percelebris, nunc Christi Exul,

nicis & Popularibus in solenni

ione fusa
A.C. M.DC.LXXIIX.

BERGAE,
ANNIS WILCKII.

